



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XXI. Arnold von Bodenstede stattet seine Tochter für das Kloster mit
Hebungen aus Rademin und Vissem aus, am 14. August 1289.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

sancti Nicolai et sancti Benedicti et in octavis eorum, et in anniuersario dedicacionis ecclesie et in consecracione altarium, consensu dyocesani episcopi accedente.

XXI. Arnold von Bodenstede stattet seine Tochter für das Kloster mit Hebungen aus Rademyn und Biffem aus, am 14. August 1289.

In nomine domini Amen. Ne ea, que aguntur in tempore, simul cum tempore defluant et euanescent, necesse est, ut per litteras et testium inscriptionem robur accipiant perpetue firmitatis. Ea propter notum sit vniuersibus tam presentibus quam futuris, Quod Ego Arnoldus miles dictus de Bodenstede donauit ecclesie et Conuentui in Arnesse cum Mechtildi filia mea, que se ibidem voluntarie et proprio motu obtulit domino Jesu Cristo, tres Choros in Redditibus in villa Rademyn cum omni Jure, sicut ego ipse vsque in diem habui hodiernam. Preterea erogauit dicte filie mee vnum chorum in villa viffim temporibus vite sue libere possidendum, qui ad suos fratres redibit ipsius post decessum. Si vero ecclesia prefata bonorum predictorum in Rademyn proprietatem vellet in posterum comparare, in hoc ipsam ecclesiam non deberem impedire, neque filii mei neque aliquis ex parte nostra, sed proprietate obtenta debeo ipsa bona voluntarie resignare. Si autem dicta ecclesia proprietatem consequi non valeret, et alicui bona prefata, qui mee esset condicionis vel qui meo omagio nollet esse subiectus, vendere vellet, tunc bonis renunciare deberem similiter antedictis. Sed si alicui dicta bona, qui ea de me in feodo vellet tenere, a prefata ecclesia venderentur, illi teneor ipsa bona conferre seu concedere, seruiicio deposito quolibet et excepto. Ne igitur alicui in posterum de premillis aliquid dubium oriatur, presentem paginam inde conscriptam domini Werneri de Sculenborch et domini henrici fratris mei ac domini Henninghi de Chartowe sigillis, quia ipse proprio careo sigillo, In euidentem feci testimonium roborari. Testes vero huius facti sunt Dominus Syfridus de Walfstove, Dominus Johannes de krughe, dominus Wernerus de Sculenborch, Deminus henninghus de Chartowe, Dominus henricus de Bodenstede frater meus, et Johannes de bodenstede meus confanguineus, Et alii quam plures fide digni. Datum et actum anno Incarnacionis domini M°. CC°. LXXXIX°, in Crafino beati Johannis Baptiste.

XXII. Der Rath zu Salzwehel bekundet den Verkauf von Pächten aus der Mühle zu Gladigau an das Kloster, am 1. Januar 1291.

Nos Albertus de dystorp, henricus pertzenal, Henricus de Mechowe, Johannes dordenthun, Thethardus felix, Johannes de Thuritz, Johannes de Luchowe,